Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35185
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar

Prodit et illarum verba tacenda refert
Que fuerant secum tacite timide quam locute
Auribus et tutis et sine teste loco
Nescius ille loqui set nescius ymo tacere
Profert plus equo psitacus oris habens
Hinc avibus cerebro miscet attonita puella
Distat et ante mori quam dedidicisse loqui
Sunt et aves alie que toto tempore vite
Religiosorum claustra beata colunt
Que tot eis faciunt discrimina sepe per annum
Non ego sufficio dinumerare modo
Hinc est quod pre plus odio nos habent iniquo
Reddit et coactam pro vite sepe vicem
Hinc est cottidie quod nobis insidiantur
Tollit et e medio nos inimica manus
Hinc laqueos nobis ponunt hinc recia tendunt
Hinc lapis inde perit missa saggitta perit
Hinc inviscatis pedibus retinemur et alis
Fallimur et dulci sepe tonante tono
Ista nec inmerito patimur luimus quam coacti
Plurima que gratis facta fuisse liquet

Responsio galli

Talia dicenti gallus respondit amice
Pone modum verbis sunt satis ista tace
Sunt discreta minus tua verba minusque diserta
Nec capit in meo pectore sermo tuus
In sermone tuo nimis es diffuse habundans